Calamitatum liber Secundus.

Sextum monstrum Luxuria.

Hec fera cocyti de tristibꝰ enatat vndis
h Orenitēs: aīo maculata simillima sorbo
Quod nitido tristes claudēs in cortice suc
Decipit ignaros: morsuqꝫ venenat amaro.
Illecebris ꝛ fraude potēs astuqꝫ dolisqꝫ
Dimicat ꝛ vultu pacem pretēdit amico.
Hanc cōtra certare caue cōtendere vinci est:
Vincere terga dare. ꝛ retro vestigia ferre:
Fulget in egregio decor insuperabilis ore
Ornatuqꝫ iuuat formā: ligat auricolorem
Luthea vitta comam: molles quę fusa ꝑ armos
Leniter inflexos sensim finitur in orbes:
Candida frons lateqꝫ patēs ad tempora currit
Clara supcilijs velantur lumina nigris.
Picta genas: pressi sub honestis naribꝰ oris
Purpureos coeunt mutātia labra colores
Aurea procero teretiqꝫ monilia collo
Pyrgotelis cęlata manu: formatus in illis
Qualis erat viuens pastor formosus Adonis
Pendet: et intextis viridi curuamine ramis
Myrtus opus cingit: geminęqꝫ in fronde colūbę
Mutua porrecto collibant oscula rostro.
Cum graditur tenui summū bulla aurea pectus
Verberat applausu: perstringit eburnea vestem
Fibula coccineam: textoqꝫ subalbicat auro
Corpus. ꝛ exili fila inter serica veste
Lacteus apparet mixtus cū sanguine candor.
Qualis odoratis pesti quę nascitur hortis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Est rosa cōfusis rutilāte coloribus albo.
Rara sinū chlamys: & visu penetrabilis ambit:
Albaqꝫ sub tenui cutis interlucet amictu.
In geminos orbes glomerata vtrinqꝫ tumescūt
Pectora. zona sinus cohibet baccata fluētes
Gemma humeros nō vna tegit/digitosqꝫ micātes.
Hoc habitu ad ripas phrygij simoentis amatū
Ibat ad Anchisen: marti velamine in isto
Est cōgressa: cauo dum vir sudaret in antro
Mole sub aetnea: qua fortibꝰ ęra lacertis
Voluit in ardēti durus fornace pyragmon.
Qualis erat tyrios ludēs Europa ꝑ agros
Siue ꝑ hybleas errās Proserpina valles
Cum Cyane in liquidū fluxit mutata liquorem.
Qualis in ornatu libyco sidonia mater
Comptior: et festis solemni more diebus
Cum luribꝰ phrygijs multo spectabilis auro
Tyndaris ad diue veniēs Tritonides arcem
Seu quales ineunt regum cōuiuia nuptę
Buxea cum letos modulatur tibia cantus:
Tale sup picto per rura ꝑ oppida curru
Progrediēs monstrū nūc hos nūc vulnerat illos
Luminibꝰ mortis apte gestuqꝫ venusto
Obuia diffusos crines vestemqꝫ decoris
Motibꝰ impellens diuinū spargit odorem
Auras: sonat tenui ludēs vaga bractea vento.
Ore pudiciciam simulat castumqꝫ ruborem.
Nam magis innocuo si sit cōiuncta pudori
Forma mouet: condita graui comitate venustas
Accendit rapidos furijs afflantibus ignes.

Hęc sunt illa quib⁹ veneris puer arma superbit:
Et quib⁹ imperium terris quesiuit ⁊ alto.
Hinc hoīm surgit crucians insania mentes
Quę dulces abigit somnos: quę pallida reddit
Ora: parit gemitus: in amaros lumia fletus
Soluit ⁊ in totū suspiria seminat orbem
Mira hui⁹ natura ferę: nō ense nec hasta
Vincitur: inter equos. thoraces inter ahenos
Per galeas conosqꝫ truces incedit inermis
Nuda manus: sine thoracis sine cassidis vsu
Concita in hostilem victrix agit eseda turbam:
Preteriēsqꝫ hoīm castra Imbecillā ridet.
Martia fert Macedo teretes in bella sarissas
At sythicę longis vtūtur amazones hastis.
Romulide certāt pilis: celeresqꝫ cathxias
Barbar⁹ aduersos gallus iaculatur in hostes:
Parthus equo versis pugnat fugiēte sagittis.
Sunt varij mores: vsus nō omnib⁹ idem
Militię: nō omne vnis genus vtitur armis.
Sunt isti sua tela ioci risusqꝫ modestis
Nutibus ⁊ pulchro ridētia lumina vultu:
Dura quib⁹ penetrat compagib⁹ aera solutis
Scutaqꝫ multiplici chalibis circūdata veste
Scit paris ęneasqꝫ pius scit durus Achilles:
Alcidesqꝫ iouis proles: scit iupiter ipse
Sepe ferę insidijs factus fera. cygn⁹. ⁊ aurum.
Scit crudelis idem Theseus: victorqꝫ Medusę
Cui⁹ adhuc retinēt illustrem sydera prędā
Hoc regina modo Babylonia pasyphaeqꝫ
Sic Bacchi delusa parens: sic et phaetontis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Victa cupidineo mater quę languit igne:
Venatrixqʒ soror phoebi: scit lamia rupes.
Hęc fera adulteriū parit incestusqʒ nefandos:
Stupraqʒ: et igne scelus dignū quo barbara quondā
Abstulit imittis sulfur quinquurbia flāmis.
Nunc lacus est: vbi tūc hoīes errare solebāt:
Et qua pentapolis regio fuit ęquora lentus
Pigra liquor vestit: qui mortua corpa sorbet
Viua gerit tergo: sceleris monumēta vetusti.
Hāc venerem dixere patres: quā spumeus humor
Progenuit: leniqʒ salo delata ꝓpinquū
Littus vt applicuit placido per pectora lapsu
Se insinuās delubra sibi quęsiuit ⁊ aras.
Flāma latens venis Venus est: furor ossibꝰ hęrēs
Hinc iocus hinc frater satus est qui tela facēqʒ
Gestat: et auratis sine lumine militat alis:
Omnibꝰ has natura potēs ⁊ prouida curas
Addidit hos stimulos atqʒ hūc animātibꝰ ignem
Quo prestāt magis ossa calēt: venus acrior vrget
Nam meliora magis prohibēs natura perire
Ad genus augēdum flāmis grauioribꝰ instat.
Ast hoīem cui plus diuini lumīs auctor
Tradidit: et flecti voluit rationis habenis:
Legibꝰ hunc certis iussit cohibere furorem
Imposuitqʒ modum veneri ne pluribꝰ vna
Nubat: vt vnius cōiunx sit cōiugis vnus
Hinc proles: hinc sancta fides ⁊ honesta feracis
Copula cōnubiĳ legis mysteria nostrę.
Sʒ venus hos mores naturęqʒ addita frena
Non patitur: nulloqʒ potest mansuescere vinclo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ac velut vnda fluens pronus qua colligit amnis
Si solitos misso tardaueris obijce cursus
Murmurat. et claustris furit indignata teneri
Perlustrāsqꝫ aditum tumet ꝛ spumātia terga
Eleuat: et molem fluxus quę intercipit vrgens
Pondere crescēti semꝑ cōuellere tentat
Et tādem euerso celerem trahit aggere cursum
Assuetum per iter notisqꝫ dat oscula ripis
Sic venus iniectis crescēte libidine vinclis
Uento inflata calet: pedibusqꝫ repagula vincēs
Libera pernicem facto rapit agmine gressum.
¶ Ite ꝓcul iuuenes simplex ꝛ credula turba
Pręda eritis: dabitis poenas: hęc bellua thysten
Hęc Cynare natam rapuit: scyllamqꝫ paterno
Crine ream: proeti sobolem lotidesqꝫ puellas:
Ite viri ꝓcul: ite nurus: hęc bellua tinxit
Caede maritales thalamos ꝛ sanguine lemnon.
Hęc iras hęc bella parit: circumspice campis
Quę stygijs errāt vmbras. pallere videbis
Tristiciaqꝫ premi: et rubrū sudantia rorem
Tela coronari myrto: et nūc ire per vmbras
Pallentes vmbras nemoꝝ coenosaqꝫ lustra
Et nūc aere graues vestigia ferre ꝑ hastas
Nūc ꝑ equos. has dura ven⁹ certare coegit
Puluereqꝫ aspergi. ꝛ grauib⁹ sudare sub armis
Atqꝫ pati geminū duplici sub marte furorem.
Dicta sub exiguo claudātur vt oīa versu
Diuitias animū. corpus necat. inficit aufert.
¶ Talibus exultās armis ꝛ milite tanto
Multa cathenatis heroum milia secum

Ducebat manibus nitidosq; p oia flores
Compita iactabat. violas. hiacynthon. ꝛ alba
Lilia. purpureasq; rosas. Amaranthon. Anethi
Gramen odorifer. Casias. ꝛ cynnama nardi
Semina ꝛ assyrię dederāt quę balsama siluę
Narcissum croceasq; comas rutilātia fila.
Sz passim infestę iactis de florib⁹ herbę
Surgebāt: quas gignit ager sardous amaris
Frondib⁹. ꝛ taxus. tristiq; absinthia succo
Mordētis gen⁹ vrtice. curuisq; rubeta
Dentib⁹. ꝛ tribuli. Titimallus inane Cicute
Germen: et erectę tollūt quę hastilia sentes
Omnigeniq; seges subit importuna veneni:
¶ Dūq; oculis abiens. agmen sequor. vltima pigris
Passib⁹ vmbroso gens ascēdebat ab orco
Gens obscura carens titulis. ingloria. laudū
Indiga. vulgus inops. proles ignara laboꝝ
Segnis. iners. timida pictū testudine velum
Anteferēs ibat torpor. sine noīe longa
Turba sequebatur pompa. dux vltima castra
Nixus equo tenui vultū deformis agebat:

¶ Septimū monstrum Acidia.

Hęc est curaꝝ genitrix exercita nullis
Artib⁹ officij nullo laudabilis vsu
Segnicies inter socias nutrita megęrę
Doctaq; languores animi. luctusq; mgr̄a.
Sola sedens. oculosq; solo defixa. malignum
Crispa supciliū. pallens impexa capillos
Phthiriasim patiēs scalpit caput vnguib⁹ vncis
Os immūda. manus illota. cadente saliua

Barba madet. pluit imbriferis de naribꝰ humor
Debilis. ⁊ longo pendēs in pectora dorso
Fauce tumet. leuat angusto sub pectore ventrē
Utris ad exemplū morbiqꝫ intercutis instar
Crus exile. genu surgēs. pes pinguis ⁊ amplus
Tardat iter grauibusqꝫ dolet iunctura podagris
Hęc fera seruilis sanctę fastidia vitę
Ingerit. ⁊ tardos ad clara negocia sensus
Somnifero languore premit. frigētia corda
Inuoluit gelido densę velamine nubis.
Nil nisi terrenis haustum de fecibus vnq̄
Cogitat. annales veterꝝ dubiamqꝫ futuri
T̄pis ignorat sortem. nō vlla latentes
Cernere naturas reꝝ causasqꝫ tueri
Cura subit subiecta oculis vix aspicit. ęgre
Palpebras leuat hęrētes humore tenaci
Lumen hebet. surdēt aures. vox languida. sermo
Barbarus. obscuro ꝟba interclusa palato.
Seminat infoelix loliū frigēsqꝫ papauer
Lęthęisqꝫ rigat steriles humoribꝰ hortos
Plumbea liuēti gestat cōuexa metallo
Uincula captiuos hoīm quibꝰ alliget artus.
Saturnꝰ pater est isti. nox humida mater
Hāc genuit magnos Iouis vt cōpesceret ausus
Itala cretęis petijt cum littora rostris.
Penula trita. fluēs humeris a pectore apta
Sordida. neglecto cultu. demissior ante
A tergo breuior. textu laxata soluto
Fila oras circumpendēt. rosere cothurnos
Articulosqꝫ pedum mures ⁊ olentia nigris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sordibus immūdę sulcāt calcanea rimę
Ipsa sibi grauis est turpi deiecta quiete
Moeret. ⁊ ignorat cām moeroris ⁊ ortum
Ebria lethargo semꝑ tristiqꝫ veterno
Virtutū formidat iter. mōstratqꝫ labores
Difficilesqꝫ vias ⁊ remaiora videri
Cuncta facit. ceu si vitreo sub iurgite virga
Mersa sit aerio quia corꝑe densior vnda est
Ingētem sparsa mētitur imagine formam.
Sic hoīm falso deludit Acidia vultu
Spem minuēs aīosqꝫ premēs operūqꝫ futura
Premia deridēs. cōtemni fulmen ⁊ ignes
Tartareos frustraqꝫ docet phlegetonta timeri
Aeacon ⁊ minoa negat. nullū Rhadamātho
Iudiciū tribuit. foedeqꝫ libidinis vsum
Et veneris cōcedit opus. cōuiuia ventris
Ingluuiem laudat. sic lentus pectora torpor
Occupat. ⁊ pigras ita vincit inertia mētes.
Instructis laute mensis si copia detur
Indulget. quesita vorat. sꝫ querere nescit
Inde graues curę lōgęuaqꝫ tedia surgūt
Sic nocet hoc monstrū ⁊ iustis conatibꝰ obstās
Suadet ab obscęnis queri solacia rebus.
¶ Hoc inhonoratū scelus ignauūqꝫ sequūtur
Ignotę tristesqꝫ aīę. quas nulla futuri
Cura nec ęternę stimulauit gloria fame.
Si tn̄ hoc quędam retinent ex ordine nomen
Non sua sed ꝟtus illos laudata prioꝝ.
Vel genus excelse gentis. vel regia virga
Imbelli gestata manu. vel nobile crimen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Egregiũ ve scelus sciri sine laudis honore
Cogit. ⁊ inuitas hoĩm trãsmittit ad aures.
¶ Istoꝝ turpi ex numero ⁊ de plebe nefanda
Unus erat modico dñm qui vendidit ere
Un⁹ ⁊ ostriferam sesto qui iunxit abydũ
Pontib⁹ ⁊ magnũ salsis Athon abluit vndis
Mox vbi cõuulsas audiuit in equore puppes
Et pontem equoreis cõfractum virib⁹ amens
Qua phryxi germana iacet rate fugit inermi.
Talis ⁊ ęneadũ phrygio de sanguine Cęsar
Ultimus. ausonię labes ⁊ dedecus aulę
Talis ab Assyrio veniẽs lõgo ordine belo
Sardanapalus iners. qui nõ chironis in antro
Nutrit⁹: nõ inter equos erat inter ⁊ enses.
Sȝ calathos circum: saturataqȝ vellera rore
Muricis: ⁊ tenues lanas quas Seric⁹ altis
Pectit ab arborib⁹: violasqȝ imitãtia pensa
Purpureosqȝ croci vult⁹. hyaliqȝ colores
Crinitosqȝ colos. soliũ regale tueri
Nescius: vt regni inuasor iurata coegit
Auxilia ⁊ celeri maturãs arma paratu
Attonitam cinxit subitis legionib⁹ vrbem
Stamina deposuit tandem: et de plebe fugaci
Componẽs raras acies cum milite pigro
Exijt in pugnã: molles talarib⁹ armos
Assuetũ tunicis clypei grauis aereus vmbo
Pressit: vt horribilis pugnę caua bucina signũ
Aedidit: vt rigidũ campos ingressa patẽtes
Terrifico cantu cecinit vox bellica martem
Et leuis insonuit crebris hinnitibus aura.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Obriguit:stupuere oculi:liquere trementes
Lora manꝰ:Clypeusq̄ cadēs(res digna triūpho)
Formicam oppressit veteris de sanguine natam
Myrmiones quę Myrmidonū genus acre viroꝝ
Aedidit. excussum est rostri de forcipe granū
Et tristem moriēs liquit sub puluere vitam.
Non poterat tāta armoꝝ dux mole sepultus
E tanto sine cęde pedem subducere bello:
Talis in ignauo regnabat pectore virtus
Post claꝝ facinus fugit:solitumq̄ cubile
Depositis repetens armis se misit in ignes
Foemineos semꝑ mores imitatus ⁊ artes
Hoc animi fortis moriēs opus edidit vnū
i sta regūt orbem scelerūq̄ licētia regnat
Relligio cōtempta iacet:spretusqʒ deoꝝ
Cultus abit.tritaqʒ fides iam pallida veste
Infirmis titubat pedibꝰ:pessundata legum
Maiestas:tot monstra pios immania mores
Inuasere:silet probitas:pudor exulat:alas
Explicat ad lumen pietas reditura paternū.
Vilis ⁊ attrita v̄tus in veste relictis
Urbibꝰ egrediens loca ꝑ deserta vagatur
Solaqʒ nā merces laus:gloria:fama:triūphus.
Gaudia.pax.successus.honor.reuerētia.cultus.
Maiestas.fauor.imperiū.populiqʒ secures.
Virtutū comites olim dum pinguia curuo
Iugera scindebat consul Romanꝰ aratro
Et dum prima suis gaudebat ouilibus ętas
In scelerū fugere domos.dolus arma.rapinę
Furta.venena.neces.veneres.iniuria.fraudes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Insignes celebrant solemnia laude triu͂phos.
Pallida velato ꝟtus abscondita vultu
Qualis it ammisso mulier viduata marito
Uisa sub ambiguo nocturnę lumine lunę
Sepius est: ⁊ sola die lugere ꝑ vmbras
Per loca siluosas inter frigentia valles
Qua dryades habitāt vbi fessa quiescit oreas
Est audita ꝓcul tales effundere questus

¶ Querimonia virtutis

c Ur ego quę magni sum semine nata tonātis
Et coeleste genꝰ. senior sublimibꝰ astris
Deseror: humanis ne vnq̃ꝫ fortasse negaui
Rebꝰ opem: vel forte meis non ampliꝰ armis
Mundus eget: Cur nu͂c tanto surgēte tumultu
Debilis hęc hoīm soboles tot millia contra
Ditigenu͂ nostra nullu͂ munimen ab arte
Postulat: An valide nō sunt ad prelia vires:
Nonne acies totidem: nōne est industria nobis.
Nonne animi: liceat de me mihi vera fateri.
Fortunę domitrix ego sum scelerūq̃ꝫ flagellum
Semꝑ tela manu ferimꝰ: cum crimine semꝑ
(Si genus humanu͂ poscat) sunt aspera bella:
In promptu nobis ⁊ opes: et miles: et arma:
Utq̃ꝫ hoīem tuear. superu͂q̃ꝫ in tecta reportem
Incolumē: stygias omnis demolior artes.
Ars mea mortales ad olympica regna deu͂q̃ꝫ
Hortari monstrare vias quibꝰ itur in altum
Aethera: sum mediu͂ dirimens iter orbita recto
Limite qua mōstratur adhuc vestigia patru͂:
Qua veteres coelo digni petiere tonantis

Limen: vbi nitidis sunt lactea flumina campis.
Nescio delicias: nullū insidiosa voluptas
Mecum foedꝰ habet: mihi lis de limite regni
Cum vicijs: multūqꝫ inter cōtraria pugno
Nāqꝫ meos inter regnū mihi cōtigit hostes.
Me labor assiduus validā facit. ocia frangūt.
Et quotiēs opus est armis. exterrita nullis
Congredior vinci & succūbere nescia: si quod
Pondus ab aduersis iniectū est casibꝰ ęqua
Mente fero: ipsa hoīem doceo variasqꝫ ꝑ artes
Erudiēs paucis dijs īmortalibꝰ annis
Persimilem reddo: sine me cognoscere rex
Non licuit causas: ꝑ me pulcherrima mūdi
Machina quę miris subiectū legibus orbem
Temperat expresso rapidi patet ordine coeli.
Me sine quę in magno numeris elemēta ligātur
Corpore nō poterāt: nec ros nec fulmina sciri.
Me duce nota soli vis est & mobilis vndę.
Me quoqꝫ summa patris pietas interpte cōstat
Vnaqꝫ cum duplici simplex essentia partu.
Ipsa feros hoīm docui cōponere mores
Ipsa Solonigenas leges ꝑcepta lycurgi
Plebiscita Numę. magni cōsulta draconis
Bissenasqꝫ dedi tabulas. et ferrea iura.
Me duce regnarūt belus beliqꝫ nepotes
Et persę lybiciqꝫ duces. me pręside roma
Floruit. & lata rerum ditione potita est.
Ipsa comes graijs aderam quom Troica cōtra
Pergama depulsis ex Aulide nauibꝰ ibant.
Me duce romanus tyrias radicitus arces

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eruit. ⁊ solymas turres. bimarēqʒ corinthum
Atqʒ syracusios Arethuse moenia muros.
Belliger extremas duce me tulit arma p̄ vrbes
Bacchus. ⁊ ardētes victricia signa p̄ indos.
Myseamqʒ locās Arabis de noīe Myse
Dixit. et ad teretes hederas cōiungere thyrsos
Pampineasqʒ comas tremulis agitare corymbis
Menades instituēs dionysia festa quotannis
Iussit ab acoa fieri solēnia pube.
Ipsa ego combuste retinēt que noīa māme
Foemineas ad equos tūrmas ⁊ ad arma paraui.
Plebis ego solyme siccis vestigia plantis
Per maris erecti pendētes vndiqʒ fluctus
Murorꝫ in speciē vada phoebo incognita duxi.
Me quoqʒ prima viros ratis inuētrice p̄ altū
Aequor et audaci tulit aurea vellera cursu.
Alcides tot mōstra meis deformia vicit
Viribꝰ Et quicq̄d musis phoeboqʒ vetustas
Ascripsit nostrū est. Vates ego sanctaqʒ vatū
Pectora mellifluí diuino nectaris imbre
Largius irroro. dulciqʒ aspergine lustro
Fons ego Castalius: Pallas ego: noīa plura
Res eadem Nū sum morbo cōfecta nec annis
Incorrupta virens. īmortalisqʒ remāsi
Coelestes etenī nihil in me motibꝰ orbes
Sidera nil radiis possunt. nil lumine titan.
Post igitur tantorꝫ operum experimēta fideqʒ
Deseror ignotis errās ingloria campis.
O vere ingrata ⁊ meritorꝫ oblita meorꝫ
Secula nec prisce quicq̄ꝫ seruantia laudis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

O numa romulidũ sanctissime. vosq͂ Catones
Mascula ꝓgenies. tuq͂ o metuẽde securi
Et celtę spolio insignis Torquate sup̄bi
Vosq͂ gen⁹ Decij egregiũ. tuq͂ optime Quinte
Eximiũ p̄mę decus. ⁊ tu magne quiritũ
Maxime. quo Cęsar fortuna ⁊ crimine tantũ
Clarior est. vobis ista cum gente ꝓfana
Iudicib⁹. si fas esset cõtendere coram
Dicere veridicis causam sermonib⁹ ausim.
Sola queri possum mecũq͂ sub ilice muta
Testis vbi nemo nisi numina cõscia recti
Arguere ingratas gentes oblitaq͂ mores
Corda meos: mea sit tacitis querimonia siluis
Nota: nec ad stolidi veniat cõsortia vulgi
Patrono mea causa caret: quia pectora plena
Perfidię fastuq͂ aĩos tollente sup̄ba
Ire p̄ aufract⁹ audent impune maloꝝ
Aduersasq͂ sibi leges inimicaq͂ iura
Frãgere ⁊ audaci culpas defendere vultu
Propterea sanctis ratio cum morib⁹ vrbes
Iam fugit. ⁊ magni rector moderamĩs ordo
Post habitis terrę solũ regit ęthera curis
Sceptra scel⁹ rapuit. positis custodib⁹ omnis
Scrutatur regni fines aditusq͂ tuetur.
Scire pati sanctũ est: partẽ deus oĩbus ęquã
Seruitij imperijq͂ dedit: nõ omnia semper
Astra: sed alternis nũc hoc nũc imperat illud
Delia regnabat mũdiq͂ tenebat habenas
Cum moles ęquãda ioui cõsurgeret: et cum
Saxa gigãteę voluebãt ardua vires.

Tum primū ignotis hoīes sermonibus vsi
Distinctosq̄ʒ habuere sonos: duce marte ꝓfusum
Aequor in aerios misit vada cerula montes
Triste reluctādo nō est leue vincere fatum
Conariq̄ʒ polos ⁊ fortia sydera contra.
Nauis vt aduersa remo cū impellitur vnda
Fortia ni totis incumbāt brachia neruis
Ictibus ⁊ crebris instent nō vincitur amnis
Cedendū est: leges in idonea tp̄a nostre
Peruenient. dabitur nostris sua morib⁹ etas.
Nec q̄ sola vager doleo: perdenda viroꝝ
Milia tot tantāq̄ʒ dari predam q̄roꝝ orco.
Non pereo deserta: perit qui deserit: error
Alligat errātem. mea si tamen ora fuisset
Fas homini nineūq̄ʒ decus formāq̄ʒ tueri
Nō illum blandis vnq̄ʒ peritura voluptas
Flecteret illecebris nec ficto falleret ore.
Sʒ mihi secretū voluit pater esse decorem
Vt labor obluctās inuicūdiq̄ʒ dolores
Humanos acuāt aīos: post perdita prime
Munera iusticie veterūq̄ʒ infausta parentū
Exilia ⁊ pressos iniecto fomite sensus
O miserū mortale gen⁹. Quid debuit vltra
Pro te proq̄ʒ tua deus attētare salute:
Vltra īmortales aīos supaddidit artes
Ornamētum ingens: sociā me tradidit. ipsum
Se tibi pollicitus: coeli tibi limen apertū:
Et fugis auctorem: seruatorēq̄ʒ: ducemq̄ʒ:
Et chaos obscuꝝ claro p̄ponis olympo
Vlimpo sedes vbi sunt. ⁊ templa tonantis

Qui niue nō albet. nulloqȝ madescit ab imbre
Nec quatitur ventis. nec fulmine vapulat vllo.
Gliscit ibi sine fine quies sine fine voluptas
Pax ęterna. iubar stellis ⁊ apolline maius.
Ah genus ingratū. fera mens ignobile semen
Degeneres aīę. mores imitata ferarum
Progenies. tali ꝓles indigna parente
Nam pater est de⁹ ipse tibi. tibi maxima tellus
Paret ⁊ illius dono tibi militat aer
Unda subest. seruitqȝ tibi neptunia doris
Tu refugis patremqȝ negas. tot dona ferētem
Dissimulas: Quę poena tuis errorib⁹ ęqua est
Quę sceleri tormenta tuo debentur: et audes
Astriferos oculis spectare rebellib⁹ orbes.
Astra tibi clariqȝ suis quos aspicis ignes
Motib⁹ imperio pr̄is hęc alimēta ministrant
Dum tibi dumqȝ tuo patri se subijcit orbis
Totus. et assiduo ꝓperans obtēperat vsu
Tu veneri insudas: auidiqȝ voragine ventris
Rumperis. escarūqȝ ferens graue pond⁹ anhelas
Sȝ quid ego in tales nil ꝓfutura querelas
Effluo: cur lachrymis oculos singultib⁹ ora
Ne quicq̄ȝ indulges: tua quur euiscerat iste
Corda dolor. quondā florens mō languida ꝟtus
Et videt ⁊ iusta librat de⁹ omnia lance.
Ipse vbi temp⁹ erit nos in violata reducet
Regna memor pater ipse meas vlciscitur iras
Singultus inferna palus ⁊ verbera dira
Audiet. ⁊ tristes vmbras vlulare sub altis
Inter sulfureos erebi fornacibus ignes.

Interea lucos posito moerore silentes
Tuta colam: vilesqꝫ casas: ignota latebo.
Et postqꝫ diti sat erit vicioqꝫ litatum:
Nobilib⁹ succurram animis ꝛ lapsa reducam
In mediū certis vestigia finibus arcens.
Sępius audita est ꝛ talibus vsa querelis
Dicitur in siluis ṽtus nemorūqꝫ per vmbras
Una camoenoꝝ saltus tum forte ꝑ illos
Pręteriēs sacrūqꝫ petens helicona notauit
Singula: ꝛ huic nostrę dedit inscribenda papiro.
Ut si viperę stimulis accensa Megęrę
Natoꝝ impietas fuget ꝛ discordia matrem
Exilioqꝫ procul peregrinū inuisere mundum
Urgeat: illa licet casu affligetur amaro
Et tepido lachrymās lauet ora sinūqꝫ liquore:
Nil crudele tn̄ natis nihil optat acerbum
Nam patiens natura pios non deserit ignes
Immo suū liceat si qn̄ reuisere limen
In dulces ruet amplexus. dabit oscula notis
Frontib⁹. ꝛ tristes vincet singultib⁹ iras.
Sic ṽtus hoīm dux ꝛ fidissima custos
Quāuis pulsa graues gemit⁹ lamentaqꝫ fundat
Prompta tn̄ nostris semꝑ succurrere rebus
Errores gemit humano: gemit ebria corda
Et quacūqꝫ potest non desinit arte mederi.
¶ Foedera mortales orci cum rege superbo
Coelitib⁹ spretis inire. datisqꝫ ligati
Obsidib⁹ seruare fidem cogūtur auerno:
Per medias vrbes colubris crinita Megęra
Sanguineisqꝫ caput vittis intorta flagello

Jn scelera ⁊ culpas hoīes vrgere laborat:
Criminis ⁊ poene dux hortatrixqꝫ maloꝝ
Fronte truci ⁊ toruo vultu conatur Erynnis
Sceptra tenēs iudex solio plutonius alto
Jus populis dicit. leges periere deoꝝ
¶ Hinc irę venere deū. morbiqꝫ famesqꝫ
Jmproba. quę steriles nimiū versata ꝑ agros
Hactenus intercępit opes ⁊ credita sulcis
Semina: nosqꝫ pati ieiunia longa coegit
Hinc bella armorūqꝫ sonās discordia motu:
Nam qꝛ mens hoīm mores oblita pudicos
Degenerat. noxis semꝑ crescentibꝰ: arma
Nos terrena premūt ⁊ nos deꝰ vrget ab alto.
Multiplicisqꝫ graues luimus sub iudice poenas:

¶ Noua iactura rei christianę

a Spicis imperiū nostrę lacerūqꝫ labāsqꝫ
Gentis vt hostili totiēs certamine cęsum
Sanguine barbaricos spolijsqꝫ recētibus agros
Impleat: et nostra pinguescat Achaica tellus
Cęde madens: iam grecꝰ ager Machomętis iura
Jam patitur seruile iugū ritusqꝫ nefandos
Jnsula qua pelopis muro circūdedit isthmon:
Qua fluit. Alphęi siculis potādus in agris
Eurotęqꝫ liquor: qua surgit thracius aemus
Aemus: cuiꝰ apex niueis candoribꝰ albens
Adriacos fluctus euxinaqꝫ littora cernit:
Qua videt ętholas vrbes Aracynthus ab altis
Rupibus ⁊ curuis Acheloia flumīa ripis
Vsqꝫ pruinosos istri glacialis ad amnes
Thraiciosqꝫ sinus: bimares vbi bosphoros vndas

Arctat et europes Asiam distinguit ab oris
Quaq; sinu curuo tethis egęa recurrit
Ad Mytileneas arcens lesbonsq; superbam
Et tenedon priamiq; domos. vbi xantus ab altis
Se sinuat phrygię descendēs vallib⁹ idę
Imperiū machometus habet: crucibusq; fugatis
Per quondā nostras insignia barbara turres
Apparēt. captę mutatis legib⁹ vrbes
Dedicere fidem ꝛ sanctę mysteria Romę.
Hęc noua: sed vetus est lōge victoria maior
Pamphiliū ciliciūq; lares vbi menia Cydnus
Persęa fundata manu labentib⁹ vndis
Partit alexādri vada perlustrata natatu.
At quur paule tuos pateris seruire penates?
Paule pater viden vt sęuis tua patria tarsos
Subiaceat dn̄is: fideiq; vt federa sanctę
Ruperit: et legis seruet cōmenta nefandę?
Surge: tuo pater ense tuos defende nepotes
Quā geris aduersas feriat romphęa cohortes
Cappadoces phrygiį virides vbi flumīe ripas
Curuat ꝛ argutos audit meander olores
Et veteres eneti Cares vbi dicitur ortum
Auguriū. lyciį. pontus. bitynia diues
Hanibalis tumulo insignis. lydiq; vetustum
Vnde gen⁹ tuscis: fuluas vbi voluit arenas
Diuitib⁹ pactolus aquis. hęc oīa nostris
Hostibus ꝛ rigido parent inuita tyrāno.
Heu quot singult⁹. heu quot suspiria matres
In viduis laribus ducūt ꝛ celibe tecto
Quaꝝ parua feri rapuerūt pignora thraces

Bistoniiq; equites. Capti pueri atq; puellę
Flumine pfusi sacro fidei elementa
Jam docti. sua qui christo iam vota precesq;
Curuātes genua ante aras offerre solebāt
Seruitiū dominis miserꝝ crudelib⁹. inter
Vel per sas immite gen⁹ venere vel indos
Qui tenuit solymos colles ꝛ ditia quondā
Regna palestinę: totum cui paruit olim
Cęsarię. Anthiochiq; solum. qua mitis horontes
Currit: et immissis vrbem disterminat vndis
Cui maurus seruire solet: quē barbara Mēphis
Horruit: ꝛ dubia surgēs ab origīe Nilus.
Qui gelidū Tanaim domuit victricia signa
Ethiopes scythicūq; gelu qui ꝑtulit vltra
Turiferosq; arabes libaniq; tepentis odores
Et iuga caucasiis quę rupib⁹ ardua surgūt
Victor ouās Christ⁹ pęno modo pulsus ab orbe
Amissis asię regnis magnoq; potētis
Europe spacio. extremas male possidet oras:
Nam partē hesperię dederat cui nōia Betys
Maurus habet potiturq; domo machometus ibera
Hāc cladem nobis scelus attulit heu graue nostro
Dedecus auctori: nostri iam penitet illū
Tutelę piget assumptę veterūq; laborꝝ
Atq; dati nostra ꝓ libertate cruoris
¶ Si trāquilla quies ꝛ tristib⁹ ocia curis
Libera me sinerent sanctos inuisere fontes
Et totos helicona dies consumere circum
Prima salutiferi repetens exordia christi
Ad suprema meum venisset tempora carmen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Actaqꝫ tentassem maiori singula versu
Texere. ꝛ annales melioribꝰ cõdere chartis
Sꝫ nec summa sequi trepidū fastigia tempus
Me sinit. ꝛ coeci vis formidata veneni
Nostra breuis velox qꝫ etas ꝛ plena laborꝫ
Nil altū tentare sinit. cōtermina meta est
Carceribꝰ. cōiuncta neci subiectaqꝫ fato
Uita fugit. paruo occasus discrimine ab ortu
Distat. ꝛ inumeris pmitur breue cladibus euū.
Pauca tñ (ne me ignauū tristiqꝫ iacentem
Desidia inueniat misere lux vltima vite)
Subijciā: magni quotiēs benefacta parentis
Uoluimꝰ a curis aīo fugiente caducis
Lucida cerulcis ceu toto e nubibꝰ orbe
Sol abiens: mōstrat ratio ꝙ turpe nocēsqꝫ
Sit. nō iussa sequi superꝫ et cōtemnere diuos
Atqꝫ dei iustas quotiēs a limite fixo
Justicie allecti vicio discedimꝰ iras
Insinuat. mitesqꝫ dari p crimine poenas
Et nostrū maiora scelꝰ tormēta mereri:

Commemoratio beneficiorꝫ christi.

a Nte salutari ꝙ tolleret vnda lauacro
Crimen ꝛ irati valuas aperiret olympi
Aera deos hoīes ꝛ ligna carentia vita
Esse rati lectas pecudes ꝛ debita coelo
Orgia ponebāt surdis altaribꝰ ante
Facta manu simulacra sui cultoris ꝛ arte
Numina fallebāt siculos Ericyna colonos
Jupiter a lybicis qui noīa sumit arenis
Ethiopes solisqꝫ domos ardore perustas.

Gnosciacos Dictynna lares. et rura Caystri
Meotisq; lacus. et clari regna thoantis
Jussit vbi humanū spargi dea sęua cruorem.
Perfida cęcropiam lusit Rhamnusia plebem
Attica cęcropios pallas. Rhodon altus apollo
Orthigiamq; breuē micone giaroq; ligatā.
At tyrę Juno lybicas Carthaginis arces
Thraicijsq; sami circūdata fluctibus arua.
Barbara cornigerū Memphis plorabat Osirim
Lętaq; percusso pulses ęgyptia sistro
Jnachię celebres veniebat ad isidis aras.
Dindyma per cybelemq; phryges resonātia galli
Sacra dabāt matri diuū. per gargara et idam
Buxea multiforū stridebat tibia cantu
Tympanaq; audito strepitu de rupib⁹ altis
Pręcipites ibant Dāmę lucosq; petebāt
Dorcades ignotos et inaccessas cōualles.
Festa corymbifero Thyas renouabat biaccho.
Et tepidas cornu ductus caper ibat ad aras.
Roma panomphęo sacrauerat alta tonāti
Limina solēnes crebro visura triūphos
Pastaq; Clitumni virides armēta per agros.
Sic alię varijs delusę erroribus vrbes
Numinib⁹ fictis aras et diuite cultu
Ardua ponebāt pario de marmore templa
Sępe quidem viuo tanq; de corpe voces
Et confusa dabāt veteres oracula diui
Sicut apud delphos in parua phocide nigris
Speluncę latebris clausus vocalis Apollo
Sicut chaonię phoebo illabente volucres

Et caua Cumeũ spelęa sonantia carmen
Uerum hęc vel fallax hoĩm versutia fecit
Uel stygię mentes auium ꝑ nescia certis
Motib⁹ humanum fingebãt guttura murmur
Formabãtq; leues ꝑ concaua saxa loquelas
Et quod siderei radijs coeuntibus ignes
Monstrabãt caute populis multo ante futuꝝ
Siue ꝑ augurium seu ꝑ vatum ora canebãt
Diuinosq; sibi cultus arasq; parare
Artibus his solitę turbas ⁊ credula vulgi
Mobilis ambigua fallebant pectora voce.
¶ Non tulit hoc magni proles ęterna parentis.
Et stygijs ergo canib⁹ ludibria (dixit)
Semꝑ erit mortale gen⁹: nunq; ve vereri
Nos discent manes: audacia ditis auari
Improba sic impune meos inuadet honores
Semꝑ: et obscuri plebs ambiciosa ꝓfundi
Sic perget sese superis ęquare deoq;:
Ibo: et terrenũ lustrabo incognit⁹ orbem:
Nec patrias repetam sedes coelũ ve priusquã
Cerberus ⁊ trepidi me regia senserit orci.
Non vada nõ furię nõ ferrea claustra vetabũt
Nigra per et phoebi radijs incognita regna
Ferre grad⁹: horrore tremens vlulabit Erinnys
Et caua terrifico quatiẽtur tartara motu.
Flãmeus obscuros phlegeton qui suscitat ignes
Saxa rotans mestoq; acheron qui labitur amne
Cocytiq; grauis parientia flumina luctus
Et liquor inducens lethęę obliuia lymphę
Participes sistent cursus retroq; redibũt

Et sua sulfureos repetent exordia fontes
Cū mea vox aditus coecos ingressa profundę
Noctis ⁊ insolitū penetrabit tartara lumen
Luce repentina chaos ⁊ fumosa baratri
Atria clarescēt: vbi pallida frondibꝰ hęrent
Somnia. tenarijs reuocabo a sedibꝰ vmbras
Insontes: vmbras patrū quos lōga sub alti
Carceris includūt obscuro vincula circo
Propterea placidam terris inducite pacem
Sidera qui regitis diui qui voluitis orbes.
Ut dum bella gero cū principe gentis auernę
Sentiat occultā ferri sibi terra salutem
Iam trepidāt magnoqȝ pauēt aduersa tumultu
Castra: dies numerat pluto: tempusqȝ volutū
Colligit: aductusqȝ meos vestigat ⁊ ortus:
Nocturnas cogūt acies: cursantqȝ ꝑ altum
Aera: et ingenti strepitu mortalia terrēt
Pectora: montanos apices atqȝ ardua saxa
Terribili quatiūt motu. pecudūqȝ per ora
Insolitas fingūt voces: ęgyptia pallent
Sollicito simulacra metu: suspirat anubis
Fatidicusqȝ legēs vates examinat omnes
Peruigil historias ⁊ coeli cogitat ignes.
¶ Ipse igitur diuos linquēs et lumen olympi
Aetheriasqȝ domos deus ad mortalia regna
Terrenosqȝ lares medio dum frigida cursu
Suspiceret cancrū nox inclinata sub vrsam
Venit: et angustā tenuit pręsepia sedem.
Tunc hyberna gelu torpebāt arua sereno
Et matutino siccatum frigore gramen

Perdiderat vernum demissa fronte colorem
Pigraq; nocturnis albebāt rura pruinis
Tūc rhodopes hyemiq; niues iuga summa leuabāt
Altius: et niueo surgebāt aggere montes:
Nudaq; ramosę tendebāt brachia quercus:
Et syluas aquilo viridi spoliarat honore.
¶ Preuius aeoa sanctos a perside reges
Ignis ⁊ insolitis radiās splēdoribus ardor
Misit ad infantis parua incunabula christi.
Ipse sub humana velatus imagine mūdi
Conditor: vt tetigit matura/virilib⁹ annis
Tempora: nascētis iaciēs primordia sęcli
Ante quaterdenis ieiunia longa diebus
Pertulit: et sacro mox irrorat⁹ ab amne
Abstulit errorꝝ tenebras: noctisq; profundę
Nubila: longęuūq; chaos finiuit ab alto
Undiq; diffundēs illatam cardine lucem.
Extinctis oculis aciem lumenq; peremptū
Restituēs: opus ignotū nostrisq; negatū
Uiribus: aerios tractus solemq; videri
Fecit: et insuetum terrę coeliq; decorem.
¶ Sicca ꝑ ęquoreos fixit vestigia fluctus
Admirata nouū credebat Ariona Tethys
Cum cythara curuos inter delphinas euntem.
Mox vbi vi ꝓpria tutos suspēdere passus
Uidit: et humanis liquidas iter esse per vndas
Gressibus: hęc nō est audax industria dixit
Romanę ꝟtutis. aquę sensere tonātem
Hęc ait. ⁊ fugiēs imas se torsit in vndas.
Imperio ventorꝝ iras pelagiq; furorem

Pressit: in excelso galilei vertice montis
Ora. manus oculos et pectora sancta beato
Lumine perfusus patuit deus ethere lapsum
Numen et albenti vestitū nubis amictu
Astitit: auricomi sonuit globus aeris ingens:
¶ Carmine nō magico nō vi medicamīs vlla
Defunctos iterum vitam reuocauit in artus.
Emigrare leues aīas retroque reuerti
Obstupuit. celeresque fremēs pluto induit iras.
¶ Languida que nulla potis est humana iuuare
Ars ope: per vicos gradiēs per rura per vrbes
Nūc prece nūc solo sanabat corpa tactu.
¶ Sancta dei tenuem pietas induta figuram
Non pertesa rudes aīos moribūdaque membra
Ferre nec estiuo graciles aspergere plātas
Puluere nec luteis vestigia ponere campis
Erubuit: tolerare famem pascique per agros
Graminibus vitreoque sitim restringere riuo
Dulce fuit: coluitque inopum cōsortia: tantus
Ardor in accenso regnabat pectore: tātis
Curabat studijs humana negocia: vt ipsum
Ethereā iam posset se seque oblita videri:
Ante ipsam quotquot hoīm cōponere mores
Conati statuere modū normāque dedere
Viuēdi: vel pro certis incerta fuerūt
Falsa ve pro veris vel nō perfecta loquuti.
¶ Hinc pater oīpotēs aīos miseratus inertes
Atque imbecilles sensus et pectora tarda
Immēsum ecce reserauit ab ethere lumen:
Progeniemque suam summo demisit olympo.

¶ Hęc sunt illa: quibꝰ deus instaurare caducum
Nature labẽtis opus: tentauit: et omni
Conatus studio veteres auertere morbos
Ut patrias sordes crimenqꝫ aboleret auitũ
Legit inauditũ fatigenus: illita fuso
Sanguine ⁊ ardẽti liuẽtia verbere membra
Perfossumqꝫ caput terebrataqꝫ tp̃a duris
Sentibꝰ. erexit miles romanꝰ in altum
Aera: frigẽtes plantas proiectaqꝫ longe
Brachia ⁊ humẽtes oculos ⁊ pectus apertũ
Concretosqꝫ pio crines barbamqꝫ cruore
Ingratę moriẽs plębi monstrabat ab alta
Arbore: et ingẽti mortem clamore ciebat.
Cuiꝰ ad interitum cępere elemẽta moueri:
Sol gemuit nigroqꝫ caput velauit amictu:
Cõtremuit tellus: timuit mare: palluit aer:
Et collisa graui sonuerũt marmora planctu.
¶ Hęc fuit atra dies ⁊ lamẽtabile tempus
Cum subito media tenebris in luce subortis
Lumen in horribilẽ fugit sine nubibꝰ vmbram:
Aurea cum vernus retineret vellera titan
Luna longinquę cõtraria sidera libre.
¶ Sic est parta salꝰ homini. longęuaqꝫ primę
Cũ gemitu ⁊ lachrymis deleta iniuria culpę est.
Immemores tanti populꝰ patresqꝫ laboris
Neglecto supeꝝ cultu spretoqꝫ tonãtis
Imperio: baccho indulgẽt veneriqꝫ ministrãt:
Sacra ferũt auro: nũmis altaria condunt.
Auro vina libãt: auro laquearia fulgent:
Scorta tegũt gẽmis: canibus cõuiuia ponũt:

Sordet in exili virtus incognita veste:
Exuuijs inopum culti ditesqȝ rapinis
Successu elati superos Acherontaqȝ rident.
¶ Propterea hostilis rabies insurgit ⁊ ira
Corda micāt: maiora nouus fert prelia mauors:
Ausonie labetur opes: nam claustra liburne
Preteriēs angusta vie: ꝑ rura timaui
Qua ferus algēti gotus descēdit ab axe
Seu qua piceni supeꝝ mare littoris oras
Alluit epiꝝ dirimens ⁊ iapygis arua
Turcoꝝ ingentē paruꝰ vomet angulꝰ vndam
Bisqȝ patēs expertꝰ iter magno agmine miles
Veloces ascēdit equos: sonuere pharetre.
Cornipedū crebris resonāt hinnitibꝰ aure
Vallibꝰ in medijs: et quadrupedāte tumultu
Auditur longe strepitꝰ clamorqȝ viroꝝ.
Sublati quotiēs estu rapiēte vapores
Alta petūt piceoqȝ tegūt velamine coelū:
Et noua tempestas clausisqȝ sonātia ventis
Nubila ꝑ coeli tractus voluūtur aptos:
Rugitu ingenti resonās volat aere grando
Pulsa noto borea ve: tremūt cum rupibꝰ alpes:
Tūc fracta si nube fragor subit ima ꝓfunde
Vallis: ⁊ impulsu nemoꝝ et telluris opace
Vndiqȝ cōprehensus fugit atqȝ repellitur aer:
Aerij montes clamāt: magnoqȝ boatu
Antra sonāt: stygiū dicas mugire baratrū:
Horrida ꝑ campos ꝓcul exaudita pauētes
Corda ferit gelido strages humana timore.
Tale sonat longo populatrix agmine turba

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ore manu teloq; minax sitibũdaq; nostri
Sanguĩs irrũpit. scopulosa ceraunia lugent.
Sylua vetus dodona timet gemuere molossi
Rura soli: tremit oĩs ager: pauet adria pondus
Classis: et adductũ peregrino remige martem.
Trãs mare trãs indos nabathęaq; regna nefandę
Gentis in exiliũ rutilo volat Eurus ab ortu
Impiger: et firmę captat iam littora terrę:
Butroti iam culmen habet: summasq; ꝑ arces
Dirrachij stridẽs frondosa cacumina curuat.
Velaq; iam sinuãs proras aerataq; rostra
Vertit in italiã: salit ęquor. & vnda carinas
Ausoniam versus sensim leuat: atq; secundũ
Spondet iter: culpãsq; moras neptunia doris
Per noctem ad nautas ita circũ littora clamat:
¶ Tempora martigenę quid idonea ꝑditis. ite
Ite lares italos & fundamẽta maloꝝ
Romuleas arces et pontificalia tecta
Colluuiem scelerꝝ temerate fauentib⁹ auris.
Ite citi quãdo astra vocãt q̃n omnia mandãt
Numina: flãmanti mauors quid cogitet ore
Cernite. saturni facies infensa latinis
Quid velit: atq; iouem lętos nõ ire per ignes
Suspicite: et qua fata vocãt cõuertite proras;
Aetherę mẽtes quibus est tutela latinę
Gentis ab occulto bella hęc immissa videntes
Imperio patris & longa clade esse litãdum
Imbelles hęrẽt: atq; in sua regna furorem
Ire sinũt romaq; alio fugere relicta.
Cęde noua veteres culpas abolere necesse est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ecce tarētinis vacuas in collibus vrbes
Et nudas custode domos ⁊ littus inerme
Milite deseruit dux parthenopęus abacto.
Etruscas populata domos modo trās iuga pulso
Marte p̄ ęmileā ⁊ venetos bacchatur erinnyis.
Nec vos immēsum dirimit mare: trāsitus vna
Nocte breuis calabros turmas exponet in agros.
Vix spacio maiore fretū diffunditur istud
Quā quod adhuc fama notū est athamātidos helles
Et vada leandri crebro sulcata natatu.
Ite quid ambigitis: vobis est debita tellus
Itala: qui phrygios domuistis ⁊ hellada: gentes
Oenotrię ducūt genus ab radicibus illis.
Quis pallanteū: veterem quis cōdidit albam:
Hoc opus ęneę: profugi fuit Arcadis illud.
Dardanijs phrygia veniēs Antenor ab ida
Euganeis latam statuit sub collibus vrbem
Quę sup̄est tripliciq; sedet munimine cincta
Parrhasij pisas. pubes spartana tarentum
Struxit: et imperiū Daunus partit⁹ ⁊ agros
Cum diomede fuit cui⁹ tenet insula notum
Nomen adhuc: sunt qui ausoniā de noīe dicant
Ausonij laertiadę de sanguine vlyssis
Progeniti: quid surentū tyrrhenaq; dicam
Regna: quib⁹ lydi frater tyrrhenus ab agris
Meonijs asię sortes ⁊ fata secutus
Attulit ⁊ leges alias ⁊ nomina fixit.
Et phętontiades loca p̄ montana ligystus
Errantes populos domuit: liguresq; vocauit.
Sardoum tenuit littus satus hercule magno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sardus: et a graijs Cyrni descendit origo:
¶ Roma phrygũ labor est: capanaq3 moenia Manto
Filia dircei vatis: post condita tecta
Et clarij delubra dei comes addita lydis
Cum duce tyrrheno venetos annauit ad agros.
Tybur ab argolicis positũ: locrensib9 aiax
Auctor. ab argiuis volsci fundata Coracis
Oppida. quid scopulis segnes haeretis in istis:
Vestra nec aspicitis sese ostentãtia regna:
Arduus hesperio vobis gargan9 ab orbe
Ostẽtat sublime caput: cum mane colorat
Sol nou9 oppositos ęoa lampade montes.
Cernim9 excelsas vmbris in rupib9 arces
Picenisq3 iugis albẽtia moenia: clamat
Vos ab oliuiferis lętissima collibus Ancon
Brachiaq3 in portus pandit sinuata capaces
Amplexura rates ⁊ susceptura benigno
Maumeti gen9 hospicio: fautrixq3 futura.
Gloria vos ęterna manet: generosa nepotes
Facta legẽt. patrũq3 volẽs exempla iuuẽtus
Magna sequi pugnas animosior ibit in omnes.
Et partas augebit opes: natosq3 p artes
Ingenuas ducet ṽtus audita parẽtum.
Sic viuet lõgęuus honos. ⁊ fama superstes
Per populos ibit late: Si troius hęros
Ista p iratum dijs aduersantib9 ęquor
Nauibus ammissis ⁊ milite cepit inermi
Arua: qnid hęc delecta manus cõgestaq3 classis
Foeta armis animisq3 ducũ numeroq3 viroꝝ
Moliri poterit: lango iam vincitis ęuo:

Nec fugere a vestris audet victoria castris.
Vos immane genꝰ Thraças ⁊ marte sup̄bos
Nubigenas sęuoqʒ satas Ixione gentes
Atqʒ pelectronios lapithas vicistis ⁊ omnem
Euboiam. Pelopisqʒ domos: altamqʒ corinthū.
Euxinū pelagus vestrū est: et lata ꝓpontis.
Ioniūqʒ fretum: lęto vos Adria vultu
Nūc vocat: ⁊ fines tethys q̄ cingit etruscos
Et minor est vobis audacia viribus: ite
Diuitias: Aurū. pecus ⁊ sola pinguia vobis
Hesperiĳqʒ seruāt. istis audete potiri:
In vetitas nō itis opes. in vestra venitis
Heredis nō hostis erunt: oenotria regna
Cum vestrę ditionis erūt: modo possidet hostis
Ausoniam patiturqʒ truces inuita tyrānos
Nocte dieqʒ gemūt vrbes durūqʒ recusant
Ferre iugum: populi tensis ad sidera palmis
Maturare rogant. ita se finire labores
Aerumnasqʒ putant: et libertate potiri:

¶ Calamitatum liber Tertius

Alibus Indomitas mentes ⁊ barbara corda
Irritat dea sęua maris. de littore classis
Soluitur: et nostros venit euersura penates.
Chaonię nostris vicinę finibus alpes
Acclamāt: et saxa cauis quę plurima pendent
Rupibus acceptas confuso murmure voces
Conglomerāt: nec clara sinūt respondeat echo.
Magnus apud manes itala de gente coacto

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf